Protestationem eandem nec Causam et actionem praefatam omnesque praetensiones suas ad diem actus praesentis intervenientes in toto et per omnia Cassat, mortificat et annihilat sibi Suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo Silentium.

Sozanski alteri Donat.

Et statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Praemyslien. Nobilis Remigianus Sozanski Woronicz, Nobilis olim Basilij Sozanski Woronicz filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus Juribus, Juris dictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemyslien. Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet Seium Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse Suo et Nobilium Demetrij Sozanski germani et Ilia Sozanski Patrueli fratrum Suorum pro quorum rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine Bona sua propria et haereditaria infrascripta, Videlicet Czierc Zarosiecha cum libera extructione obstaculi alias Saz in torrente seu fluvio Sozanka dicto in bonis villa Sozancza Terra et Districtu Praemyslien. iacen. et consisten. Cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate tituloque haereditario, cumque omnibus et Singulis bonorum eorundem utilitatibus, fructibus proventibus reddititibus Commodis emolumentis obventionibus, attinentijsque et pertinen. generaliter Universis, nihil ex praemissis Juris Dominij proprietatis, ac Caeusuis Competentia et praerogativa prose Recognoscente suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant, Jam ex nunc et de facto Nobili Joanni Sozanski Hwynicz, olim Nobilis Jacobi Sozanski Hwynicz filio eiusque posteris Dedit donavit inscripsit et resignavit. prout praesentibus dat, donat, inscribit, et resignat perpetuo et in Evum. In quae quidem bona suprascripta praemissaque omnia praedictus per

se Recognoscen donata is idem Suprascriptus Recognoscens præfato
Donatario Suo et eius posteris eam ex nunc et de facto coram Officio præ-
senti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque
possessionem, per Ministeriales quemcunque competentem et Nobiles du-
os die quacunque voluerit Officio te acceptan. Per ipsum Donatarium
Suum et ipsius Successores hæc eadem bona præmissaque omnia præsentibus
donata, cum Universis præmissorum Utilitatibus et usufructibus te-
nendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi,
ac ad suos Suorumque Successorum quorumvis beneplacitos usus fru-
ctus libere et effectualiter convertendi modo et iure hæreditario. De-
betque et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac Suos
Successores in et super bonis Suis generaliter omnibus Summisque qui-
buslibet pecuniarijs habitis et habendis præfato Donatario Suo et eius
posteris inscribit et obligat præsentibus, ipsos et eius Successores in dic-
tis bonis præmissisque omnibus, præsentibus resignatis ab omni et qua-
uis Impetitione Juridica, quarumcunque personarum Cuiuscunque Condi-
tionis Status et sexus Cuiusuis existentium eximenda, in omni Iudicio
et officio Regni semper toties quoties opus fuerit per omnes Proscripti-
ones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestrem spectat et perti
net præscripto tueri, defendere, eximere, intercedere, et eliberare, in-
demnemque cum posteris reddere, nec non hæc eadem bona præmissaque omnia
præsentibus resignata cum omnibus in genere Juribus, et Inscriptionibus,
prioribus et posterioribus super eadem bona præmissaque omnia præ-
sentibus modo præmisso inscripta Cuiuis personarum, modo quovis factis et
faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus in eadem bona præmis-
saque omnia præsentibus donata importatis et importandis Litteris denique
et perlatis, processibusque Juris quibusuis, in quocunque puncto et gra-
du Juris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et
obtinendis, ac super præmissis omnibus præsentibus resignatis perductis et
perducendis emundare et eliberare, mundaque et liberos semper fa-
cere

cere, ac etiam Introvmissionem præfatam, coram officio præsenti admissam in facultate bonorum præfatorum præsenti donatorum dum per Ministerialem et nobiles duos officiose requiretur non denegare, imò debebit et tenebitur eandem liberè dare et effectualiter admittere, Dataque et admissa eadem Possessionem et Usumfructum præmissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis Submissas et Subordinatas personas non præpedire nec adimere, Ipsumque Donatarium suum et eius Posteros in præmissis omnibus, nullo modo iniuriari; ita ut eadem bona præsenti resignata cum universis eorum Utilitatibus et usufructibus, idem Donatarius suus cum suis posteris quietè et pacifice præsentis Inscriptionis Donationis vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque utifrui possit, perpetuis et æternis temporibus, Idque sub Dominis Terrestribus, simpliciter absque Corporali Iuramento taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem sive eius Successores præfato Donatario suo et illius posteris, ob non complementum præmissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Nihilominus is idem Recognoscens Nobilis Remiglianus Szrantki Woronicz debebit et tenebitur, quem se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis Suprascripto Nobili Domino Szrantki Huyhynicz, Donatario suo, eiusque posteris inscribit et obligat præsentibus præfatos Nobiles Demetrium Szrantki germanum et Eliam Szrantki Samuelem fratres suos ad approbandum per ipsos Inscriptionem præsentem Donatoriam aut similem aliam suo proInteresse faciendam, ad acta quævis authentica Regni Vim et robur perpetuitatis in se habentia intra decursum Duodecim septimanarum, vel in eventu Mortis Successores illorum adducere et personaliter statuere, ab eisque vel eorum Successoribus ut præmissa

dentre

debite exequantur efficere, Idq sub similibus et seorsiuis Damnis
Terrestribus simpliciter absq Corporali Juramento taxandis et edi-
cendis per eundem Recognoscentem sive eius posteros superscripto
Nobili Lzanski Hayhynicki Donatario suo vel eius Successoribus,
ob non statuitionem coninden Statim Successoris statuendorum, vel
in eventu mortis Successionem illorum pro tempore et loco superi-
us expressis ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem
Damnis Terrestribus, simpliciter absq Corporali Juramento taxan-
dis et edicendis, modo praemisso ad soluendum succubitis, praefatisq
partibus suis non statuitis statuendis, ac pro re aliqua principali ex
praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus Reco-
gnoscens Nobilis Remigianus Lzanski Woronicki, Nobilis olim Ba-
silij Lzanski Woronicki filius, sive eius Successores ad Instantiam
praenominati Nobilis Joannis Lzanski Hayhynicki, olim Nobilis Ja-
cobi Lzanski Hayhynicki filij Donatarij sui vel ipsius Posterorum
Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, exhinc reces-
su superscripto, quo ad respondendum spectat mediante, semel
in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare suum pa-
rere, respondere, Damna praedicta Terrestria simpliciter absq
Corporali Juramento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac
omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successo-
res, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum
primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes eius-
dem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate promaiori, mi-
norennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio
militari, ad munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationi-
bus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem Vero
proximos officij praefati Castrensis Capitaneatis Praemysliensis Terminos di-
lationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac eand
protestationes faciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus vel

triplicatis

triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris productione Terrestri, Zello, Conventionez, vel alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Tertia in Vigilia Festi Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo septuagesimo Primo. 27/X

Rybinski cum Woyciechowska Quietat et Statuet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal: Praemysliensibus Generosus Matthias Rybinski, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Annae Prochowska Consortis suae legitimae, atque Generosi Ludovici Dzierzek, Generosi Francisci Dzierzek cum olim Generosa Alexandra Prochowska procreati filij, Minorennis olim Generosi Stanislai a Prochowce Prochowski Castellanidis Leopoliensis Privigni, pro quorum rati habitione cavet et se praesenti inscriptione nomine Famatam Annam Woyciechowska Viduam Civem et Incolam Oppidi Mosciska eiusque posteros, de causa et actione officiaria per se Recognoscentem et praefatam Generosam Annam Prochowska Consortem suam et praefatum Generosum Ludovicum Dzierzek ratione non restitutionis rerum certarum in processu causae eiusdem specificatarum per suppraenatam olim Generosum Stanislaum